



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

V. P. Mayrtyr in Angliam proficiscitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

chini apostasiam mirerunt, quum post Tertullianum Origenes quoque tam miserabiliter lapsus sit cuius nobilitatem, sapientiam, temperansiam, virtutem sanctitatem, raram eloquentiam, & scientiam incomparabilem & præteritam & praesentiam que etiam futura secula nonquam potuerunt, posse aut potuerunt satis admittari. Sed ominus Tertullianum iracudia. Originem fastus & arrogantia, duos vero hos de quibus loquor, Martorem & Ochinum, libido perdidit.

Porro apud Calvinistas Ochini scripta etiam diuinio precio habentur. Noli ego nobilem in Aquitania nostra feminam, quem ex Ministro sui seu Prædicanti, & filio nullos sere alios libros in suu & manu gestabam: quam qui ab Ochino scripti essent. Eadem vero vehementer obstupuit, quum quod de illo Calvini primus Genevensis Pontificis, tum etiam eius in eodem ministerio successoris fuisse iudicium ad oculum ipsi demonstrasset. Ille enim in Præfatione eiuslibet qui de perfidia Genitalis euulgatus est, Ochimum aperte dicit Arrizum fuisse & Antitrinitatum. Et alibi de Martyre loquens ait (f.) Ex Italia descendens fortuna comitem habuit Bernardinum Ochimum, Monachum inter Italos valde celebrem, & ordinis Capucinorum austrem, qui tandem pessimus hypocrita fuisse deprehensus. Beza vero ad Dudichium scribens, sceleratum se statim, fautorē Arrizorum Iesu Christi & Ecclesia tristorem nominat. Nimirum sic vlcisci se Beza voluit, existimans se ab Ochino in Dialogo contra sectam deorum terrestrium designatum ubi ait: *Es quodam hominum genus, qui quidquid ex ipsorum cerebro natum sit, pro Fides articulo haberi velint: eos vero qui sequi ipsos nolint, hereticos statim condemnent. Quod per somnum ipsius in mentem veneris (de Zuinglio loquitur) scriptu consignari, immixti. & pro oraculo teneri. Neque vero expetandum, ut à sententia unquam illi discendant. Tantumque abesse ut Ecclesia obedire veint, ut ab Ecclesia portis ipsis obediere cogatur. Hoc quid a liud sit, quam Papam, quam Deum in terra se proficeri, quam hominum conscientias tyramnicè opprimere?* Sic Ochimus de Genevensibus & Tigurinis loquitur. Quo vero ex hominis huius ad suas partes acceleratione tanto illustrius ac magnificentius statuerent tropum, cum Capuciniani ordinis per universum Christianum orbem hodieque longe celebratissimi, aucto rem tuisse prodiderunt. Sed falluntur. Capucinorum, qui sunt Religio si seu monachis secundum primam S. Patris Francisci institutionem reformati, Congregatio initium ceperit anno

MD XXV. Ochimus vero demum anno MD XXX. V. cum ordinem est ingressus, & octauium in eo commoratus anno MDXLII. cundem reliquit. Verius est. F. Matthæum Basium, Clemente VII. Pontificatum administratore, primam huic ordinis auspicia deisse: qui virtutem secundum primam S. Francisci tam regulam quam exemplum instituendæ cupidas, lacernam ex multis centonibus consulam & cucullum acuminatum summis, & à Pontifice petiit, ut hoc vestitus genere, ad S. Francisci exemplum, ut sibi licet, g. Imperata a Pontifice venia, duodecim primo socios sibi adseiuist, sed eius instituti sectatorum numerus mox mirum it modum fuit multiplicatus. Deo sic disponente, ut hæres os audacia & impunitas, sancti huius ordinis probitate ac simplicitate retundetur. Sed ut ad Ochimum redeam: est penes me libellus Italice lingua scriptus, cuius titulus hunc lesum p. ætit: Narratio, in qua fideliciter expónitur quomodo reformatio Fratrum Capucinorum ordinis S. Francisci initium cepit. Composita à Reuerendo admodum P. F. Mario de Mercato. In hac inter alias narratur, non multo post Ochini apostasiam sancto cuidam homini Patri Ioanni, Hispano natione, Conuentus in Calabria Religioso, Deum in tylua Bellimontensi deprecanti, atque inter alias Ochini peccatum & apostasiam deploanti, fervore orationis extra se rapto, Iesum Christum per vocem in aere apparuisse, sic dicentem: Dic Generali magis bono sit animo, neque enim me unquam congregationem hanc deserturum quantisper illa se intra regulas ad seruitum meum ordinatas continebit. Cujum vero Senensis illius à me ideo permisum, ne reliquum gregem inficeret. Eadem visio eidem in sylva ad Fossam Steinprobij lata obtulit, ut idem ille sanctus homo narrat, qui in hoc mundo martyris coronam adepres iam extera illa & immatessibili aeterno gaudio corona à Deo est coronatus. Posthanc enim rationem, incredibili domini & magistrorum sui ipsum inv. sere dignatus incensus amore, ex Generali sui consentu in India in navigauit, ubi prædicans Iesu Christi Euangeliū, ad ipsius exemplum, vua cum socio cruci fuit affixus.

V. Porro Martyrille falsus nisi rei malefici intelligere Tigurinorum patres. Argentoratum abiit, ut Bucerum videret: ibique primas contraxit nuprias cum palceirima quædam monialis Catharina nomine. Iuencula huius amo.

f. Cal. ad Polenos. g. Vid. Moris. Hist. Relig. cap. 55.

more capti et reticiti, integrum sex meses ibi substitit, Buceri permisso, interim quod ab amoribus vacui dabatur temporis, letationibus ac concionibus publice habendis transfigens, donec Henrico rege defuncto, in Angliam vocatus fuit, ad exequendum id sub puer rege de quo ne cogitationem quidem Henricus suscipere ausus fuisset, nimirum ad mutandam religionem. Commode hæc vocatio non Martyri tantum, verum etiam Bucero & Paullo Fagio accidit, victoriae Caroli Imperatoris, qui præcipios Protestantium duces captiuos habebat, arma atque ultionem metuebibus. Hinc Beza dicit, *isdem fluctibus quibus penè submersa sit in Germania ecclesia, eos in Angliam usque expulso*. Sandrus ait *Ochinum Martyr in hoc stinere fuisse comitem*, ut & is qui Augustanæ Confessionis scripsit Historiam, dicens: *Bernardinum Ochinum Italum, qui Geneua aliquamdiu commoratus fuerat, & Augustus conciones aliquot habuerat, è monacho Zuinglianum factum, postea ad Anabaptistas transisse, tandem vero Arriazum & capitem Christiana religionis hostem evasisse, multorum aliorum Sacramentorum exempli, qui eriam Mahometana superstitiones amplexi sint*. Et sane fieri potest, veinde Ochonus in Poloniam abiit, ubi Antitrinitariorum secundum vigore sciebat.

Martyr in Anglia quum esset, in questione de S. Sacramento summam inconstantiam animique perplexitatem ostendebat, sicut se inuoluebat, ut Lutheranus & Zuinglianus ac Calvinista simul videretur. Quivel sermones eius vel lectiones audiuerunt, aut eum hac de re materia quidquam dicere ingressum, quum perotulset, auditores & que incertos ac initio fuerant, quid credendum sit, reliquissim. Exspectabat nimirum cuiusnam tandem infelix ille Cantuariensis Archiepiscopus & Edwardus Seimus Anglici regni Protector, Lutherine, Zuinglij, ac Calvini sententiam, iam diu in Anglia iactata amplexuri essent. Sic enim de eo Sandrus:

Petrus Martyr magis molliter & seruiler in sedâ & doctrina sua accommodatione se gesse. Nam Lutheri barefis quam in Germania imbibera, & illinc secum in Angliam aduexerat, non aliter nec diutius defendendam vel resindendam statuit, quam id Cantuariensi & Protectori visum esset: nosque ipsi qui hec scribimus eum docentem audiuimus, quum impium quendam de Eucharistie ac corporis Christi presentia Traditum ex Historia Cœna Dominica, & maxime ex i. capit. ad Coniubios adornatus, in eam tractationem ita est ingres-

sus, ut anxius ac pendulus profrus hareret, utrumque Protestantum an nouorum Sacramentariorum sibi esset dogma defendendum.

VI. Duxerat vero Martyr secum moniale suam, non tantum ut iucundam viæ comitem, verum etiam vigilarum ac laborum oblectatricem. Neque enim Ochini exemplum sequi voluit, qui lotricis lux pertulit, ab ea se se liberavit. Nam et si Beza dicat, eam collam sibi casu fregisse, & ad hanc grauissimo scilicet, utatur teste, Alciato nepe illo Antitrinitario, qui totanimat in Polonia stragem dedit: suspicatur tamen non pauci exitium hoc ab ipso Ochino uxori fuisse stratum, sed ab accusationi inquisitione cessatum, quod ille nondum Arrianum se professus, bonum in Christo fratrem se adhuc simula. et Obiit vero in Anglia Martyris socia in S. Fridisindis, cuius celebris & sancta in eo regno est memoria, sep. Ierum illata. sed Maria regnante ruisus inde tamquam indignatam sacro loco, extraacta; tandem vero Elisabetha rerum potente, Anno M D LXI. multo cum honore in euadem locum reposita. ut in de re est ex historia quæ de excucullata hac moniali scripta exstat, in qua illa non aliter, tamquam sancta aliqua virgo laudatur, eiusque pudicitia posteris ad imitandum velut in speculo proponitur. Sic olim in templo Apollinis Delphici Phryne mererit ex auro statua inter deas collocata fuit. Et quemadmodum Crates Philosophus illam Græcorum luxuriaz trophyum nominauit: sicut nos iure dicere possumus, omnibus illis scriptis & monumentis æternam Petri Martyris incontinentiæ & factis legij memoriam esse impressam. Existat litteræ desolati huius & calamitosi martiri XXII. Aprilis Anno MDLII. ad Conradum Hubertum Argentoratensis ecclesia ministrum scriptæ, quibus æternum suum luctum ob amissam uxorem testatur, dicens interalia, se ea ætate tam inopinatam iacturam perferrere non posse; ac quanto magis ætate prouchatur, tanto maiorem, atque adeo intolerabilem dolorem sentire. Miser tam homo paullo post sibi ipse remedium quæsivit & inuenit. Ut enim pruna prunam accendit; sic in Martyris animo amor amorem inflammavit, eiusdem quasi ligni, & eiusdem nominis Tantum moniales & Catharinæ Martyris supra ceteras amabant. Postobitum vero Eduardi, Martyr statim de traiectendo mari cogitauit, metuens ne Maria rerum potita, hereticorum Martyrum catalogum face-